

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6335

Auteur(s) : Jean l'Anglais, Rouen, Saint-Lô (prieur)

Auteur(s) : Goscelin, chevalier, Sainte-Colombe (seigneur)

Auteur(s) : Guillaume de Cuverville [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1289, 31 juillet

Action juridique : autre

Description de l'original : Chirographe (...fecimus cyrographum sigillis nostris alternatim confirmatum...)

Langue du texte : latin

Chirographe (...fecimus cyrographum sigillis nostris alternatim confirmatum...)

Analyse

Contestation entre le prieur de Saint-Lô et les seigneurs de Sainte-Colombe au sujet du patronage de l'église.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XV e, p. 317-318.

Dissertation critique

« Escrutevilla » : Écretteville-lès-Baons ou Écretteville-sur-Mer (départ. Seine-Maritime, canton Valmont)
« Fovilla » : Fauville ou Fauville-en-Caux, ch.-l. de canton (départ. Seine-Maritime)

Texte établi d'après a

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes prior Sancti Laudi Roth. totusque eiusdem loci conventus et Gocelinus de Sancta Columba miles et Guillelmus de Cuvervilla salutem in Domino. Cum causa verteretur inter nos priorem et conventum Sancti Laudi ex una parte et nos Gocelinum et Guillelmum ex altera super iure patronatus ecclesie Ste Columbe in Caletio ex altera coram venerabili patre mauricio Roth. archiepiscopo tanquam coram iudice ordinario quod ius patronatus nos dicti prior et canonici dicebamus ad nos de iure pertinere per quedam instrumenta a bone memorie Rotrodo quondam Roth. archiepiscopo, super hoc ad instanciam domine Ermengardis de Cuvervilla et filiorum suorum et resignationem omnis iuris quod habebant et habere potebant in ipso patronatu in manu dicti Rotrodi archiepiscopi eis confecta et a decano et capitulo Rothom. eis confirmata, dictis vero Gocelino et Guillelmo asserentibus e contra per quedam instrumenta capituli Sancti Laudi domus ius ad se pertinere ita videlicet quod illi vel heredes eorum debebant presentare priori quemcunque vellent clericum dummodo idoneum et prior tenebatur eum presentare archiepiscopo et tamdiu inter nos coram iam dicto Mauricio archiepiscopo fuisset super eisdem instrumentis litigatum quod idem archiepiscopus omnibus rite peractis per diffinitivam sententiam nobis priori et canonicis adiudicavit dictum ius patronatus iam dicte ecclesie a qua sententia dicti Gocelinus et Guillelmus appellaverunt et ad priores de Houvilla et de Basquevilla litteras

apostolicas impetrauerunt coram quibus cum aliquandiu inter nos fuisset litigatum tandem pro bono pacis nos dicti prior et conventus ex una parte et nos dicti Gocelinus et Guillelmus ex altera in quinque canonicos Sancti Laudi videlicet Guillelmum dictum Monachum Robertum de Escrutevilla. Radulfum de Mesnillo. Iohannem de Fiscanno et Robertum de Yspania compromisimus. Ita quod hii quinque bona fide instrumentis utriusque partis diligenter inspectis et veritate diligenter inquisita utrum antecessores dictorum Gocelini et Guillelmi tantum fecissent vel per instrumenta vel alio modo quod illi nec heredes eorum in presentatione dicte ecclesie nichil iuris habeant et agnita veritate tenentur infra hoc festum S. Michaelis in Monte Gargano proxime venturo pronunciare arbitrium suum. Ita quod si aliquis eorum infra hoc infirmari contigitur ita quod non possit commode cum aliis interesse tenetur dicere eis consilium suum et illi pronunciabunt. Et si aliquis illorum infra hoc mori contigerit quod absit reliqui quotquot erunt pronunciabunt et reddent parti habenti ius in re ius suum fideliter. Et nos tenemur eorum observare arbitrium sub pena centum librarum turonensium a parte resiliente parti non resiliens solvendarum et super hoc ad cautelam hoc partitum inter nos fecimus cyrographum sigillis nostris alternatim confirmatum. Datum anno domini m°. cc°. XXX°. III°. ultima die mensis iulii.